









15 3.

1667  
31/a

Ex Jure Publico  
De

# CONTRIBUTIONIBUS

*Indultu Magnifici Jctorum Senatûs in Inchyâ  
Wittebergensium Academiâ*

SUB PRÆSIDIO

VIRI

NOBILISSIMI

**Dn. Gottfriedt Straußens / Jur. Utr. Licent<sup>i</sup>**

*Fautoris sui multis nominibus perpetim colendi,  
disputabit publicè*

Autor & Respondens

**Gottfriedt Wagner / Jud.**

*Præturæ Electoral. Witteberg. Actuarius*

*In Aroaterio Jctorum*

*ad d. Februarii*

Anno æræ Christianæ c 10. 100. LXXVIII.

---

E Chalcographéo JOHANNIS HAKEN.





OPUS THEOLOGICUM

DE SACRAMENTO

ET DE ALIIS REBUS

JOHANNIS HARRII








❖ — — — — — ❖

# PROOEMIUM.



*X* priscis vetustissimorum  
 Annalium monumentis habemus,  
 quod novimus de Hybréâ  
 Oratore, qui M. Antonio Trium-  
 viro, duplicari per Asiam tribu-  
 ta imperanti, id responsi dedisse  
 fertur, ut *¶* binas menses binasq; vindemias e-  
 idem anno imperaret. Nec infrequens apud no-  
 stros idem est, cum Collectæ exiguntur, damnabile  
 delictum. Verùm perstringat, qui velit, suo-  
 pte periculò, censurâ, quâ Majestatem offendit,  
 dignior ipse graviori. Cùm enim ad Ejus provi-  
 dentiam universæ Reip. spectet salus; hæc verò sine  
 pecuniâ tanquam nervis rerum gerendarum obti-  
 neri haudquaquam possit, præcipuumq; muneris  
 Politici caput censendum sit cura Redituû, ad di-  
 sciplinam ararij ac modos pecuniam acquirendi u-

A 2

tiq;

*Plutarcho  
in Antonio*

*Vis ararij  
nervus Re-  
rump.  
Cic. pro L.  
Manil.  
Bodin. l. 6o  
c. 2o.*





col. 149.

oem. Instit.

ef. No. 149.  
c. 2.

empla &  
scr. antia.

old. l. 2.  
col. c. 4.

l. de Rep.  
c. 6.

chia. de  
Rom. l. 2.

l. de S. r. s.  
c. 1.

od. l. 3.  
opk. de  
Cyr. l. 1.  
12.

tiq̄ sedulo attendendum venit. Idq̄ eò magis cum  
 ingens necessitas instat, vel utilitas eximia spera-  
 tur. Quod innuit Sacratissimus Imperator, ubi  
 Institutionum opusculum exorsus, Caesaris Maje-  
 statem legibus, quibus utrumq̄ tempus & bello-  
 rum & pacis rectè possit gubernari, debere arma-  
 tam esse, statuit. Hinc & alibi anxiam secum  
 habuit reputationem, quomodo Fiscus indemnis  
 permaneret: Cum impossibile sit, ut, sacris tri-  
 butis non illatis, Resp. conservetur. Ex illis namq̄  
 muri ac civitates simul instaurantur. Et quàm  
 periculosum sit, cumq̄ magnò Reip. detrimentò  
 conjunctum, ararij & pecunia publicæ curam ne-  
 gligere: testes nobis esse possunt Athenienses & La-  
 cedæmonij, quorum illi, arariò carentes, ad sum-  
 ptus belli comparandos violentò uti remediò; hi,  
 cum bellò peterentur, pecuniam mutuò accipere  
 coacti sunt, inq̄ extrema pervenere discrimina,  
 uti scribit laudatus Bodinus. Unde, quicquid et-  
 iam sagacissimus Machiavellus ogganniat, palma  
 merito tribuenda Servio Tullio est, qui præ aliis  
 Populum in censum retulisse fertur: Et Principe  
 non indignum erit, quod Persarum Regi Dario,  
 primùm imperanti tributa, indidere nomen Insti-  
 toris seu Quæstoris. Atq̄ id ipsum est, ex quò ce-  
 pi impetum, ut de hâc non minùs gravi quàm ne-  
 cessa-





cessariâ & foro maximè accommodabili CON-  
TRIBUTIONUM materiâ, quasdam pagellas  
conscribere, & Cordatiorum ventilationi expone-  
re sustinuerim. Quod ut feliciter fiat,

Summa mei voti est : sancto,  
DEUS, annue voto!

## CAPUT I. De DEFINITIONE.

### §. 1.

**J**Am, cum legitimæ nostræ scientiæ magna Lumina Ulpia-  
nus, & Paulus, notatu digna intimiùs inspicere, & ea, quæ  
usu sunt frequentissima, penitiùs scrutari jubeant: Ordo  
autem, qui cuncta disponit, servari debeat, ne fœda re-  
rum confusio suboriatur; operæ pretium ac rei meritum me-  
facturum sum ratus, si Definitionem præmittam, ut constet,  
quid Contributionum nomine veniat.

*Boeth. de  
Fend. pro-  
am. n. 1.  
l. 5. C. de legi-  
tut.*

§. 2. Cumq; alia sit Nominalis, Realis alia; atq; ab illâ  
conscripturi aliquid plerumque exordiri soleant, Etymologiæ  
prima locanda esset opera, ut quâ cognitiâ faciliùs in ipsius rei  
perceptionem provehimur. Sed cum Idioma *γνωσicos* latinum  
sit, ac cuivis obvium, idq; ab Eloquentiæ Romanæ Princi-  
pe jamdudum approbatum, inutile erit, multum laboris in eâ  
Ponere.

*Etymolo-  
gia,  
Scalig. Ex-  
erc. 1. sect.  
4. & l. de  
caus. lat.  
Lingv. c. 4.  
Cic. l. 2. de  
Orat.  
Synonymia,*

§. 3. Vicina autem illi Synonymia est. Unica quippe  
res sæpè multis abundat denominationibus. Nunc enim lati-  
nis vocabulis appellantur Census & Impositiones; aliis Exacti-  
ones. A *Γετο* vocantur Retributiones; & possent aliunde plu-  
ra hujus voculæ convenientia peti. Rursus aliis sunt Gabella,

*l. 2. C. de  
Annent.*

A 3

Datia,



*l. sine §.  
Lucius ff.  
de admin.  
tur. l. Via  
de Præf.  
Vet.  
Thomat.  
tr. de Mu-  
ner. Pat.  
n. 23. p. 52.*

*Homony-  
mia.*

*Definitio.*

*Differen-  
tia.*

*Knich. de  
Sax. non  
prævoc. jur.  
Verb. duā  
c. 5. n. 329.*

**Datia, Tallia & æstimum.** Apud nostros & vulgum tributo-  
rum nomine veniunt, & vocant *Anlagen / Ungelder / Scha-  
kung / Herren-gefälle &c.* Quidam dicunt *Steuern / Cammer-  
Hülffe / Bewilligungen / Subsidien-Gelder &c.* Communis-  
simò a. nomine appellitant *In- & Contributiones*. Quò sensu  
accipitur in clarissimis nostri Juris textibus passim. Quibus  
calculum adjicit exactissimæ eruditionis *Jctus Ægidius Tho-  
matus* in *Tractatu de Muneribus Patrimonialibus*. Quidam  
divortium faciunt, dum realiter volunt definire, statuentes,  
*Collectas* esse munera saltem ordinaria, & sub nomine *Indicti-  
onis* comprehendi, cum tamen statim appareat, quod semper  
& absq; temporis discrimine essent pendendæ, ubi è contrario  
quædam modò *extraordinariò* & non nisi necessitatis casu exi-  
gantur. Porro alicubi ab ipsò *Thomatò* secedimus, quia nullā  
habitā personæ & conditionis ratione omnia pro merè patri-  
monialibus agnoscit. Magis a. facimus cum *Dn. Brautlacht*  
qui *Collectas, Tributa, Censur & Contributiones* conjungit,  
ac onus mixtum definit, ad placitum *Nobilissimi Klockij* in e-  
legantissimo opere de *Contribut.* ubi vocabulum *Collectæ* de  
omni genere *Impositionum* accipit, ac quandoque munus or-  
dinarium & merè reale, mox personale facit.

§. 4. Quibus ita semotis, exactiorem eam censemus *Defini-  
tionē*, quòd *Contributiones* sint pensiones, quæ ra-  
tione honorū & personarū *Superiori* penduntur.

§. 5. Ubi probè notandum, quòd idè inter pensiones  
referantur, quoniam *Magistratus imperiò* pro necessitate  
*Reip.* ex fortunis penduntur.

§. 6. A *Censibus* nihil differunt, nisi in eò saltem, quòd  
illi non multiplicentur singulis annis, sed sint uniformes, ac  
perpetuò præstentur ab omnibus: *Collectæ* verò seu *Contri-  
butiones* sæpius urgente casu necessitatis, vel eximiā utilitate  
svadente, personis pro rebus imponi soleant aut saltem debe-  
ant, ac varient haud rarò. Quocircà, quoniam, secundum  
*Knichen*, materialiter sunt onera rerum, formaliter verò sub-  
jecta.



jectarum personarum; Materia autem & forma faciant unum totum, ex sententiâ Nattæ, pro mixtis reputandæ sunt.

Natta Cõse  
160. n. 7.

## CAPUT II.

De

### Fundamentô Juris collectandi.

§. 1.

EX quô capite Contributiones exigantur, multùm cùm inter Politicos tùm JCtos disceptatum hæctenus fuit. Sunt, qui statuunt, Principem arbitriô suô absque præviô consiliô & consensu Statuum Imperii Suditis imponere non posse, per textum Juris; idq; ex conventionem, secundum clausulam in Re-cessibus Imperii frequentem: Darüber Wir Uns mit Ihnen/ und Sie hinwiederumb mit Uns verglichen &c. Alii censent, quod præscire id debeant Electores, eoq; casu cæterorum Statuum Consultationes non præcedere: & pro hæc sententiâ allegant Capitulationem Ferdinandi III. gloriõssimæ memoriæ. Quò de punctô infrâ videbimus.

Consensus  
Statuum.  
l. fin. §. præte-  
re ff. de mu-  
ner. & honor.  
tot. tit. C. de  
annon. & trib.  
Liebenthal E-  
xerc. Pol. ult.  
th. 51.

§. 2. Rursus alii sunt, qui consensum Populi communi pro fundamentô ponunt, & ex decretô communitatis descende- dere asserunt, secundum Dn. Perezium. A quorum partibus illi stant potissimùm, qui augustam Principis Majestatem ar- etare præsumpsere. Quò etiam inclinant Magnif. Dn. Wince- lerus & ex eò Dn. Brautlacht.

Electorum.  
Capitul. Fer-  
din. III. §. 14.  
Populi.  
Perez. in Pral.  
ad tit. C. de an-  
nõ. & trib. l. 10  
VVincel. de  
Coll. Obs. 12.

§. 3. Nec desunt, qui imponi Collectas dicant ratione potestatis alicujus per privilegium & concessionem, ut CL. We- sembecius & Alphonsus de Azevedo, vel per longissimum tem- pus usurpatæ, ex mente Bossardi †. Alii denique in compensa- tionem laborum ingentium, qui pro curâ Reip. devorandi sunt, & impensarum immensarum imperari sibi imaginantur.

Brautlacht  
Syn. Jur. Imp.  
l. 3. c. 4.  
Privilegium.  
VVesemb. Cõs.  
45. n. 10. & 15.  
Vol. I.

§. 4. At omnes eorum rationes in nihilum evanescent.

Qui

† Boss. Pract. Crim. tit. de Princ. n. 112. f. 354<sup>b</sup>

Prescriptio.  
Alph. de Aze-  
vedo in Const.  
Reg. Hispan. l.  
9. l. 17. l. 1. n. 54.  
seq.



*Refut.*

*Barclaj. in Ar-  
gen. l. 1. f. 93.*

*Limitat.*

*Bocer. de Col-  
lect. c. 3. n. 4.  
seq.*

*Fundament a-  
les tributaria  
obligationis  
causa.  
Probat. per  
Petitorium.  
Bald. in 3. n.  
4. per ill. m.  
text. C. de na-  
tur. liber.*

*Ferrar. Mon.  
l. 6. de feud. c.  
3. f. 157.  
Matih. 22.  
§. 21.  
Rom. 13. v. 7.*

Qui enim ex voluntaria conventionem Contributiones (nisi Imperiales Reichs Steuern/ de quibus peculiariter eum Statibus agi certum est, intellectas velis) dependere putant, concedere oportet, illas in vim nudi pacti subsistere, nec ullum atguere imperium, multo minus de Regalibus esse censer. Imò si Subditorum consensus requiri deberet, actum cum Majestate esset, & precario non autoritate imperaretur: atque, ut perquam delicatè loquitur cultissima Barclaji Argenis, Populo gratias quisque Regum habere, memorque se ab eò subiectum, moderatiùs uti creditam potestate deberet. Circa tamen hoc consensus requisitum, eximendas censeo collectas provinciales, ubi Duces, Marchiones, Comes & Barones, qui Superiorem recognoscunt, at hoc jus imponendi ab Imperatore concessum habent, Subditorum suffragium adhibere tenentur, tradente CL. Bocero de Collect. Neque audiendi sunt, qui pro exantlatis Reip. laboribus imponi statuunt: prout volunt, qui Retributiones vocant. Hoc pacto superior necesse haberet, premia sibi decerni ab iis, qui ex debito prestare tenerentur.

§. 5. Fundamentum a. Collectarum optimè ego in petitorio deducere: & quidem (1) ex conditione Superioritatis & Subjectionis, quæ ex jure imperii reciprocè patescit secundum Baldum. (2) per præsumptionem juris, quæ Principis jurisdictionis generalis est, ac in suo territorio notorium juris & de jure, eamque sibi in universos & singulos vindicat. [3] in quibusdam per Investituram, quæ Principi justissimus Regalia possidendi accrescit titulus. [4] ex præstatione homagii prægnantissima contra subditos oritur præsumptio: habetur enim hic pro universali jurisdictionis actu, sub quo omnis pensionum & onerum præstatio continetur, ut pulchrè adstruit Ferrarius Montanus.

§. 6. Ut porrò taceam, omni deberi jure. Divinò, ubi Salvator ipse Cæsari, quæ Cæsaris sunt, danda præcipit; cui tributum, tributum, & vectigal cui vectigal cõpetit. Ab hoc si descenderis, invenies, radices easdem egisse in Jure nobiscum natò, quod



quod suum cuique tribuendum jubet: & secundum quod naturam ducem sequamur, communes utilitates in medium afferendo mutuis officiis, dando, recipiendo, tum operâ tum facultatibus devinciendo hominum inter homines societatem. Nec minus in communi jure Gentium propagatæ sunt, quoniam ex illò bella orta, regna condita, & dominia distincta, ac subsequenter etiam Contributiones initium sumpserunt. Proinde ita habendum breviter: Summum Princeps jus obtinet in subditorum capita, & mediante hoc liberrimam in bona eorundem consequitur potestatem, Quæ quamvis libidinis instrumentum existere non debeat, & svadeat *Homo Politicus*, ut impetret magis, quàm imperet, qui præcipiendi habet potestatem: neque tamen ita coarctanda ipsa est, ut augustæ Principis Majestati aliquid inde detrahatur.

§. 7. Adeoque bona Subditorum qualibet, juxta tamen naturalis juris æquilibrium, regi subjecta sunt: Et vi ejusdem subditis, quibus præest, benè contributiones imponere potest, idque tum tantò magis, quantò necessitatis casus efflagitat, vel commodi inde emergentis svadet ratio validiùs. His enim tempestatibus, si unquam, maximè Reip. curam agere incumbit ipsi: adeo ut iniquum agant, qui rationes antè, cur efflagitentur collectæ, à Principe exquirere satagunt, Ad quas nullò jure ipsum obligatum esse dixerim, quoniam præsumptio, quòd rectè agat, pro ipsò militat, & in dubio de Principe etiam aliquid contra jus faciente vel auferente justa semper causa præsumitur, per tradita Dn. Everhardi & Schraderi in Consiliis: Imò quòd Principi, justam & necessariam esse causam asserenti, omnimodò credendum sit, uti jubet Mascardus: Nec aliquid agere putandus Cravetta, quando limitationem hanc adjicit: Si Proceres & Consiliarii idem testentur.

§. 8. Et exinde fluit, quod Subditi, quamvis verisimiliter sibi persuasum habeant, Principem pecuniis adeò non indigere, denegare tamen easdem non possint, cum in arbitriò superioris relictum sit, circa bona sibi subjecta disponere, & rebus ipsis munera indicere, juxta Gaillium. Neque enim extrema debent expectari; sed ærario semper & maturè de in-

B

stru-

*Lex hoc ju-  
re ff. de  
just. & jur.*

*Jus Prin-  
cipis.*

*Hom. Poli-  
tic. in Tra-  
ctat.*

*Petr. Heig.  
quæst. 18.  
n. 6.*

*Quæst.  
An causas  
indicare  
Princeps  
teneatur?  
N.*

*Georg. E-  
verh. Conf.  
17. n. 3. V. 2.  
Schrader.  
Conf. 9. n.  
69. l. 1.*

*Mascard.  
Concl. 1227.  
n. 119.*

*Cravetta.  
Conf. 702.  
n. 4.*

*Q.  
Gail. Ob-  
serv. 53. n. 2.*



structâ penâ & paratâ copiâ prospici, ne si res ad restim redeat, serò nimis ab arâ mutuare ara, & ex coriis fingere pecunias Princeps in angustiis cogatur.

*Subditis resistere nefas habetur.*

*Q.*

§. 9. Proinde omnia hæc modò dicta ad eò vera sunt, ut nec Principi iniquè efflagitanti impunè resistere queant Subditi. Præter id enim, quòd nec tyrannicè imperanti refragari integrum sit, & summa potestas penes ipsum resideat, ac per vinculum homagii vitâ & sangvine, *Mit Guth und Blut zu dienen*/ obstricti sint, omnia bona Subditorum Principi pro collectis obligata sunt. Et concessâ potestate colligendi, concessa est etiam potestas exigendi.

*Consuetudo.*

*§. siue scripto  
9. J. de I. N. G.  
& C.*

*R. A. zu Regenspurgt de  
anno 1557.*

*§. comperit. C.  
de præscript.  
30. vel 40. ann.  
c. inter corporalia de trās-  
lat. Episc. c. cū  
non liceat X.  
de Præscript.*

§. 10. Tandem etiam Contributionum juri pro tibiine posita videtur Consuetudo & longa Observantia, quæ est sufficientissimus titulus. Inveterata enim consuetudo legis, decreti ac justitiæ vim habet: Et consuetudine fundantur Imperii collectæ *R. A. zu Regenspurgt*/ de anno 1557. §. So soll es derowegen. Namque observantiâ subsecutâ declaratur, quid comprehendatur in generalitate vel actu dubiò: & ubi hæc se exserit, non opus est, ut confugiatur ad longum tempus prout in Præscriptione. De quâ si quæritur hîc, benè currit in pendentes, at contra exigentem Principem nunquam. Adversus supremam enim & directam potestatem nusquam procedit, neque contra ea, quæ Principi reservantur in signum absolutæ potestatis, argumentò textuum utriusque juris.

## CAPUT III.

*De*

### Variis Contributionum Speciebus.

§. 1.

**P**ositò jam firmò earum fundamentò, dispiciendum etiam est,



est, num unifariam eadem sint, vel plura dentur genera. Quamvis ergò tot numerare liceat Contributionum simulaera, & nomina, quot Ethnici habuerint Theastra, ac soles in annò videas, & ut singuli dies suas calamitates, ita quoque suas novas ferè Contributiones pro ratione temporum necessitatis secum vehat, commodè tamen in certas classes disponi possunt, ut aliæ sint *Ordinariae*, aliæ *Extraordinariae*.

§. 2. Illæ sunt, quæ ex lege & consuetudine certam annuamque habent præstationem: quanam verò ita dicantur, ex naturâ contrariorum patet, scilicet quæ per accidens tantum secundum necessitates occurrentes indicuntur, & reiterationem non expectant.

§. 3. Hæ rursus dispescuntur in *Universales*, quæ toti imperantur Imperio, vulgò *Reichs Steuer / Türcken-Hülffe / und Römer-zug /* & *Speciales*, quarum iterum aliæ sunt *Circulares*, & Imperii Diocesisibus ad utilitatem pluribus vel singulis imponuntur, ac veniunt nomine *der Kreyß. Steuern* / quæ tamen nihil commune habent cum illis, quæ in Circulis nostri Electoratûs Saxonici à Nobilibus, Quæstoribus & Rationariis exiguntur, vulgò *die Kreyß Steuer-Einnahme* / aliæ *Provinciales*, quæ in utilitatem particularis Provinciæ seu patriæ imponuntur, vocanturq; *Land-Steuren* / quò referuntur & *Collectæ*, quæ Principi pro elocandis Filiabus à Subditis exsolvuntur. Eandem sortitur classem, quæ per capitationem viritum in singula personarum capita colligitur pecunia, quam Cujacius Stipendium vocat *die Kopff-Steuer* / Porro *Accisa Cauponaria*, quæ de cerevisiâ coquendâ præbetur, *die Trancf-Steuer*. Item quæ de singulis mactatæ pecudis librâ unum vel binos nummos pendet, *Fleisch-Pfennig* / quæq; agrorum jugeribus ut reale onus inhæret, *Hufen-gelder*.

§. 4. Hisce meritò annumeramus, quæ pro sustendandâ & iuvandâ Camerâ seu Fiscò Principis extraordinariè, nec certæ semper rei, verum prout visum fuerit, aut ratio postulat, imponitur, nobis dicta *Cammer-Hülffe*.

*Ordinariae  
&  
Extraordinariae.*

*Gail. Obser-  
serv. 52. n.  
9. 10.  
Universales.*

*Speciales.  
Circulares  
Boter. de  
Coll. c. 3. p. 10.  
Provinciales.*

*Vincel. de  
Coll. Obs.  
2 n. 16.  
Cujac. ad  
rubr. C. de  
annon. &  
trib.*

*Cammer-  
Hülffe.*



§. 5. Ita huc etiam quodammodo referri possunt Pedagi-  
um pro importatione, exportatione & ponderatione mercium,  
die Nieder-lage und Wage-Pfennig/Gabella detractionis, vul-  
gò der Abzugs-Pfennig/de quâ notandum, quod sicut & aliæ  
hujusmodi collectæ pro consuetudine variant, & alibi decima,  
rursus alibi quinta pars pro illâ solvatur. In nostris ditionibus  
communiter quarta relinquatur ab illis, qui hereditatem in  
extera fora & territoria exportant Sæpiùs etiam, ubi literæ mu-  
tui Reversus habentur, indemnis amoveni permanet.

*Specialissi-  
ma.  
Præfetu-  
rales.*

*Municipa-  
les.*

§. 6. Tandem sunt aliæ *Specialissima*, ut *Præfeturales*, quas  
Præfectus s. Quæstor cum Senatu oppidanò omnibus de Præ-  
fecturâ civibus oppidanis & paganis sive rusticis indicit, vulgò  
Ambts-Steuer/quaes esse solent, quæ in usum Præturæ exi-  
guntur, interdum etiam in donationem Principis faciendam à  
civibus & rusticis peti possunt, & quæ pro alendis certis qui-  
busdam præfecturæ illi assignatis militibus, Defension-oder  
Soldaten-Steuer penditur; ac *Municipales*, quas Incolæ Ma-  
gistratui in communem usum præstant, veluti sunt Nundina-  
rum Daria, Markt- und Stete-geld/ quæ pro usu loci in foro  
percipitur: Item Schutz-groschen/ Wächtergeld/ Trisftgeld/  
Mahlgeld/Hencker-geld/Häusler-groschen &c. & centum aliæ,  
quæ pro cujusvis loci consuetudine & statutò imponi con-  
suevere,

## CAPUT IV.

*De*

### Personis, quæ Contributiones exigere possunt.

§. I.

**A**D hoc, ut imponere aliquid alicui possit aliquis, oportet,  
quòd talis potestas oriatur aut ratione jurisdictionis aut  
obli-



obligationis. In exigendis collectis utrumque concurrit, ita quidem, ut se invicem habeant, tanquam relatum erga suum correlatum.

§. 2. Impositionem esse de Regalibus & sublimioris jurisdictionis Symbolum, affirmat expressè textus. Jam cum in Rep. alii imperantes esse debeant, aliæ parentes, relatio hîc ritè constat. Est a. hæc potestas penes Imperatorem: Et quoniam quilibet in suô territoriô potest eadem, quæ Imperator in Imperio, ideoq; Electores, Archiepiscopos, Episcopos, Duces atque alios Status Imperii immediatos eadem gaudere potestate censendum est. Namque, de consuetudine Germaniæ, jure, uti dictum, superioritatis illis collectare Subditos concessum est, ut prolixè probant Alciatus, Cardinalis Parisius, Festasius, & Reichs. Abschiedt de Anno 1544 §. Und dieweil nun diese Hülffse/it. de Anno 1551. §. Solche der Stände/utpote quibus de civitatum ditionumvè sub universali Imperiô contentarum negotiis publicis statuendi jus est.

§. 3. Videntur modò allegatis Recesibus obstare aliæ Imperii Constitutiones, quæ collectas non ex arbitriô solò Cæsareô, sed cum communi Statuum deliberatione & consensu imponi debere volunt: quò collimant die Königl. Satzung zu Worms anno 1495. tit. Von gemeinem Pfennig. Ordnung des Regiments anno 1500. rubr. Der Türcken halber. R. A. zu Epen-er §. Und wiewohl nun. Et ipsa Capitulatio Cæsarea: A Cæsare n. dum eligitur, juratâ fide acceptâ, prædicari solet, ne fas sit Imperatori absque Statuum consensu tributa nova imponere, & vetera urgere, uti & de aliis modernis regnis asserunt Auctores, ut de Regnô Galliæ Bodinus; Angliæ Cominæus; Hispaniæ Parladorus; Hungariæ, Daniæ, Poloniæ Heigius.

§. 4. Verùm nullô negotiô apparens hæc contrarietas refellitur. Loquuntur enim Constitutiones & Ordinationes hæc de collectis universalibus, ad quarum exactionem præscitu & consultatione Statuum opus esse judicatur. Deinde idem obtinet in iis Rebusp. quæ regni nomine haud cluunt, quales sunt Veneta, Batavorum, Helvetia &c. Et ratio hæc est,

*l. placot C. de excus. man.*

*Jus Superioritatis.*

*Alciat. Conf.*

*19. n. 13. l. 3.*

*Card. Par. Cof.*

*22. n. 63. V. 1.*

*Festas. de Coll.*

*1. 2. n. 12.*

*R. A. de anno*

*1544. & 1551.*

*Obstant.*

*Königl. Sa-*

*zung zu*

*Worms.*

*Ordn. des Re-*

*gim.*

*R. A. zu Epen-*

*er Bodin. l. 6. c. 7.*

*de Ref.*

*Comin. l. 5.*

*Comment.*

*Parlat. rer.*

*quot.*

*Heig. quest.*

*jur. 18. n. 8.*

*Refut.*



quod eorum inter sit, ne in constituendō contributionum modō Resp. gravetur nimis : propterea ad illos, qui partem supremi consilii in Rep. constituunt, propriō jure hæc deliberatio pertinet.

*Facies hodierni status.  
Land-Tag.  
Deputati-  
on-Tag.*

§. 5. In his, quibus degimus, Provinciis ita comparatum est, ut, prout ratio status postulet, nunc sextō, nunc quintō vel quartō & tertiō plerumq; annō Dieta universalis *Ein allgemeiner Land-Tag* / vel ad minimum *Conventus selectiorum Statuum de Nobilibus & Civitatibus Deputation-Tag des Engern oder Weitem Ausschusses von Ritterschafft und Städten* indicatur. Ibi Princeps proponit, necessitatis vel utilitatis publicæ causâ pecunias esse cogendas: Postmodum Status cōgunt: & consertis consiliis ac deliberationibus decernitur collecta, quæ vocatur *der Getreuen Stände Unterthänigste Bewilligung*. Princeps, cui Subditorum facta recta salus curæ est, illorum, qui à Nobilibus & Civitatibus deputati sunt, Proceres convocat, & de modō ac methodō, nec non ex quibus annonis aut redditibus collecta commodè fieri possit, exquirat. Status autem, si avertere discrimen & declinare onus tentent, non nisi cū interitu Reip. & ruinâ subditorū, vel hoc aut aliō modō fieri posse, respondent. Inde postmodū promissum in tantū hinc loci cadit in debitum, ut morosi ad exsolutionem eorum, quæ de feudis nobilibus locō donationis Principi ultrò obtulisse munera prædicabantur, qualia sunt *Donativ- und Präsent-Gelder* / vi compelli possint.

*Barones & Nobiles.*

§. 6. *Barones & Nobiles* quod attinet, tantum potestatis illis attribuendum non est, eò quòd sine licentiâ Principis illō jure frui nequeant, nisi habeant ex consuetudine, quæ circa hanc materiam maximè est attendenda; vel expressâ conventionem, aut immemorialis temporis præscriptionem, de quâ late *Wurmserus*. Tenentur autem probare, & est præsumptio libertatis, quæ aliàs multum favorabilis habetur, pro rusticis contra Nobilem: nec sufficit allegare possessionem ex iudicij vel exacti muneris actu.

*Gail. 2. Ob-  
serv. 52. n.  
18.*

*Wurmser.  
Exerc. 8.  
27. 3.*

*Unide st.  
t. ten.*

§. 7. *Academie*, licet Prælatorum ordini annumerentur



tur & æquipolleant, eò tamen, quò illi, circa imponendas Contributiones; jure minimè pollent. Quòd autem cives aut rusticos, quibus feudi nomine investiti sunt, collectare queant, sit oportet, ut pariter ac Barones vel Nobiles titulò Investituræ & consuetudinis aut longissimæ præscriptionis id probent.

§. 7. Porro ad Magistratus *Civitatium Municipalium* de *Fürsten-Städte* (de Liberis enim & Imperialibus, quæ ex jure superioritatis territorialis collectas imperitare maximè valent, nihil nobis dubii restat) devenimus, & an Consules civibus collectas imponere possint, quærimus cum Nobilissimo Dn. D. Gothofredo Sveviò Antecessore olim hujus Academiae celebratissimo, & ex mente ejusdem id ipsum affirmare nulli dubitamus: Quòd etsi extra casum necessitatis & consuetudinis contrariæ concedendum non sit, nihilominus tamen vigore jurisdictionis illas à civibus suis exigunt jure, & tum maximè, si civitatis & Reip. necessitas ac talis causa, sine quâ administrare nequeant, utpote ob æs alienum justè contractum, aliis subsidiis deficientibus. Ubi hanc ego civibus in susurrandam cautelam velim, ut à tribuatis, quos hodiè *die Bierthels Herren* appellamus, veritas inspiciatur, & hòc casu Superioris autoritas requiratur, ne sub prætextu necessitatis Subditi indifferenter graventur, & jus Superioris erga inopiam debentium reddatur inane.

*Fürsten-  
Et. dte.*

*Dn. D. Go-  
thofred.  
Svevius in  
Collega  
Fenc. Diss.  
9. Col. 1.*

*arg. l. fin. ff.  
de offic. ejus  
cui Mand.  
est jurisd.  
l. 2. ff. de ju-  
risd.  
Cautela.*

## CAPUT V.

*De*

### Personis, quæ Contributiones solvere tenentur.

§. 1. De illis, qui imperare Contributiones possunt & solent, pluribus hactenus actum est. Nunc ergò, ut relatio con-

*Qui con-  
tribuunt,*



*Franc. Beccius Conf.*  
*73. n. 7.*

*Omnes.*

*l. 2. & fin. C. de mun. patrim. l. 10. & II. ff. de vacat. muner.*

*Ad omnia. Limit.*

*Forum Conscient.*  
*Q.*

Act, ordine sequitur, de illis, qui *contribuere* debent, aliquantò dispicere. Hoc autem citra pulveris jactum colligere est ex naturâ pendentis, quæ arguitur subjectionis titulò. Collectis enim non nisi subditos gravari posse, apparet ex multis Juris textibus, & communi Dd. opinione, imprimis Francisci Beccii. Unde evincitur, regulariter non nisi illos, qui immediatè homagiò sive jurejurando subjectionis devincti sunt collectarum oneri alligari posse: Atq; inde est, quòd prima agnitio & probatio subjectionis per hoc juramentum fieri traditur.

§. 2. Hæc ita trita ac manifesta sunt. Sed cum supportare hoc onus generaliter teneantur omnes, modò, unde erogare possint, habeant; nec lege, indultu Magistratûs, aut usurpatione legitimâ immunitatem abinde adipiscantur, adeò ut & merita & conditiones pleræque hominum ab aliis muneribus privilegiò aliquò vacationem præstantes, ab hoc onere excusationem non tribuant, Plurima inde dubia emergunt.

§. 3. Quorum agmen ducit illud, num ad quasvis Indictiones trahantur Subditi? Et hoc tamdiu asseritur, donec sunt pro reparatione Ecclesiæ, redimendâ ab hostibus expugnatâ patriâ, liberatione Principis, ampliandis finibus, elocandis Domini filiabus legitimis, delendò ære alienò justè contractò, *ditandâ ac augendâ Camerâ*, atq; aliis vel justæ necessitatis vel apertæ utilitatis gratiâ. Quas & similes causas discursui reservare, quàm prolixius hîc recensere malo.

§. 4. Hoc, inquit, si concesserim, illud tamen porro aures vellicat, num & ad hanc præstationem Conscientia subditos firmiter obliget? Et nulla, cur negativæ subscriberem, me ratio adhuc permovet. Obstat enim illud brocardium; Majus sub se continere, quod minus est. Jam longè pluris venit, quam per sanctissimum juramenti genus, homagium, Principi devovemus, vita, honor & sanguis, dum de nobis prædicamus & prædicari volumus, *Mit Ehr/Leib/Leben/Guth/Wuth / und Blut getreu zu bleiben*/ quàm opes & fortunæ. Et quamvis isthæc Principis causâ perdiderim, perdidisse tamen non sum dicendus: quia penes Principem & mea ipsius, uxorisq;



risque ac liberorum iuvanda salutis stat manetque liberrima facultas ac dispositio. Ille nullò negotiò sublevare nos omnes damnunq̄ue resarcire quodvis potis est.

§. 5. Præterea & vel hæc sola haud ficulnea ratio est, cur iusta videri debeat exactio, quoniam, secundum doctrinam Baldi, & Archidiaconi, naturalem obligationem producit. Jam si sanctissimo huic juri refragari velis, nullò modo fieri potest, quin aculeum in conscientiâ relinquas, pungentem noctes atque dies. Proinde nullus dubito asseverare, quòd, qui ruptò hòc erga Principem obligationis vinculo, collectas expendere detrectant, non solum peccent gravissimè, & notam immemoris obsequii admittant; Sed & ut contumaces impunè puniri queant, atque privilegiis, quasi illis abutentes, excidere debeant. Ubi enim non prodest charitas, ibi adhibenda est jurisdictionis potestas, extorquendi ab invitò: & in necessitatibus urgentibus nemo charitativus est.

*Bald. in l. ex hoc jure in fin. ff. de just. & jur. Archidiacon. in c. quia cogn. vi. m. 9. 10. quaest. 3. col. 3.*

*l. rem legata tam ff. de rit. nupt.*

§. 6. Cumque Collectarum solutio potissimum illi incumbat, qui bona possidet, & ad illam præstationem trahatur Creditor ob rem pignoratam, quam possidet, usufructuarius ob usum, Emphyteuta de emphyteusi, & emptor de re emptâ, eò usque ut privilegia, quæ in aliis vigent, altum hinc dormire videantur.

§. 7. Inde & nullò pacto eximuntur Incolæ s. Pfahlbürger/ & constitutione domicilii aliunde venientes, sed eadem obsequia agnoscere coguntur. Ac haud interest, civisne an peregrinus quis sit, qui bona in civitate possidet, cum etiam hospites & advenæ ad hanc causam trahendi sint: Nec Senatores se eximere debeant, teste Heigiò. Imò neque Consules circa hoc tertium in potiori aliquò numero habeatur, quam civium ultimus. Peculiare est ac circumscriptum, nec caret ratione, quod in Terminis nuperrimè habuimus, ubi Potentissimus Elector Saxonie in causâ *die streitende Bürgerschaft zu Schmiedeberg* contra den Rath daselbst wegen Ungleichheit in anlegung der Contribution bel. quoad exemptionem Consulatum à contributionibus sub dato d. 29. Julii proximè elapsi

*Pfahlbürger/*

*l. 3. c. de mun. patrim. Heig. p. 2. quaest. 17. n. 32. Senatores.*

*Prajudic.*

C

Anni



Anni 1667. & iteratò d. 3, Januarii instantis 1668. clementissimè rescripserit. Dasß die jentgen Rathsglieder welche würcklich im Regiment seyn/ber jehigen Friedlichen Zeiten mit abgebung der Contribution das Jahr über zu verschonen. &c.

Hanse-  
Städte.

§. 8. Civitates Hanseaticæ, (ut incidenter de illis mentionem injiciamus) cum non sint unifariâ, sed quædam earum alios Principes ut superiores nunquam; aliæ autem quoad certa capita ita recognoscant, ac rursus aliæ ipsæ jura superioritatis habeant, circa hanc Collectarum præstationem vel vacationem à se invicem probè sunt discernendæ Collectas autem Turcicas Casareæ Majestati, in membris & tanquam singulæ cõsideratæ immediatè solvunt, nec obest Principibus, quibus illæ certò respectu obstrictæ sunt, hæc pensitatio.

Clerici.  
c. 41. c. 9.  
quest. 1.  
l. 18. §. 24.  
f. de mu-  
ner.  
l. 8. §. 4. de  
vacat. mun.

§. 9. Si ulterius pergamus, videre licet, communi huic oneri non obstare quoque Reverentiam illam, quam Canones Sacerdotibus à Laicis exhiberi volunt; quoniam nec Pontificatus à contributionibus planè immunis relinquitur: Et per hoc multò minùs Literati ac Scholares. Philo- phia namque & liberalium artium cultura quandoq; æquè ac ars manuarum tributis subjacere videtur. Nec merita militiæ libertatem præstant: Non liberorum numerus, ætas, sexus excusationum meretur. In tantum, ut nec ulla nobilitatis aut dignitatum privilegia commodis hisce atque necessitatibus publicis obistere possint, arg. text. jur. juxtaq; Ordin. Reg. de Anno 1500. §. Item des H. Reichs/ N. A. zu Speyer anno 1542. §. Demnach haben/ & sequ. 5. Es sollen auch alle Churfürsten/ nò subditi tm. Statuū in Imperio nostro Romano Germanicò, sed ipsimet etiam Status collectari possunt.

l. 11. de  
vacat. mun  
Ordin. Reg.  
de av. 1500.

N. A. zu  
Speyer av.  
1542.

Ministris-  
simus.

Dn. V Vil-  
hel. Schra-  
ter in Dis.  
de Mini-  
strisimò.  
Imperator.  
l. 3. de na-  
taloresstia.

§. 10. Imò quod majus videtur, Vicarius Principis s. Ministrissimus, uti nominatur à quodam Illustrissimæ Regiæ Societatis Britannicæ Assessore, huic se Exactioni subducere de jure non potest.

§. 11. Et quid multis? ipse Imperator, qui sanctissim9 & nobilissimus



simus est, ratione prædiorū suorū ab omni Contributione o-  
lim immunis non erat, sed ea conditione, quā cuncti alii,  
canonicas necessitates sustinebat.

§. 12. Et in universum omnis possessio tributaria, eti-  
am illa, quæ à divinā domo aut quibuscunq̃ue alius digni-  
tatis personis, comparata est, ob Reip. functiones non a-  
gnitas, rigori publicationis subjacere jussa habetur.

*l. 2. C. de  
priv. domo  
august.  
l. 4. C. de ex-  
act. trib. l.  
10. C. de Ex-  
cusi. muner.  
l. 8. C. de ex-  
act. tribo.*

## CAPUT VI.

*De*

### lis, qui Privilegiō immunes sunt.

§. 1.

**N**E tamen dictis superius sub Classe, qui imperitare Col-  
lectas jure valeant, contravenire videamur, proximè  
hæc modò allata ita habenda sunt, quòd conciliari possint  
cum illis, tum per differentiam inter Collectas ordinarias  
& Extraordinarias, tum secernendo personales à patrimo-  
nialibus; nec non vera hæc dici generaliter & de jure com-  
muni, extra casum summæ necessitatis aut utilitatis, cæte-  
risque paribus.

*Exemptio*

§. 2. Regulariter enim à Collectis exempti sunt.

§. 3. Qui se jure Superioritatis ipsimet eximunt, ut  
Imperator, Rex, Princeps ac Dux; nisi ejusmodi prædia,  
quæ onere hōc erga alium afficiantur, possideant. Sed hi ma-  
gis vi ipsius Imperii ad contributiones pendendas non te-  
nentur.

§. 4. Illi, qui prædictorum privilegiis vel consvetu-  
dine provinciarum, aut etiam præscriptione diversum obti-  
nuere, ut fusiùs docent Mindanus & Heigius Jcti nobiles:  
quibusque in specie à tributis vel muneribus patrimonio-

*2.  
Pet. Frid.  
Mindan. 6.  
46. n. 14.  
Heig. p. 10.  
quest. 18. n.  
12.*

C 2

rum



*lib. prim. c. 5.  
7. ff. de censib.*

3.

*l. 11. sunt muner.  
nera ff. de Sa.  
sat. muner.*

*V. Vurm. Ex-  
erc. 6. lib. 8.*

*Sprenger. in  
Font. Jur. Pub.  
Roman. Ger-  
man. 5. 7.*

4.

*l. 3. C. de S. S. Ec-  
cles. l. omnia  
35. C. de Episc.  
& Cleric.*

*Schneide & ad  
vit. Inst. de usu-  
cap. n. 8.*

*l. de his 3. C. de  
Episc. & Cler.  
Parnorm. in  
tit. X. de au-  
th. & usu pall.  
n. 2.*

*c. 4. X. de cens.  
in 6.*

*R. A. de anno  
1542.*

*Bart. in l. un. C.  
de mulier.*

rum immunitas concessa est, veluti habebant olim à Roma-  
nis civitates Juris Italici quoad personarum pensitationes.

§. 5. Comites, Barones, Nobiles & Vasalli, utpote  
quibus aliàs ob splendorem natalium & præsumtam innatæ  
virtutis indolem egregia in jure concessa sunt privilegia, &  
inter ea hoc, quòd ab omnibus personalibus excusentur oneribus.  
Quoad patrimonialia v. circa hos duos ultimos attendenda  
venit distinctio inter Nobilem Vasallum & non-Vasallum. Hic  
nullò modò liber est, cù lex in jure deficiat immunitatè illi  
tribuens, ipse verò propter debita servitia & onera incum-  
bentia, quæ *Ritter-Dienste* nunc præsent-*Gelder* vocantur, im-  
munis reputatur. In Galliâ Nobiles parem cum Ecclesiasti-  
cis, quamque Commensales ac domestici Regis, Reginae &  
fratrum Regis, officialesq; Parliamentorum & Secretarii Re-  
gis habent, sortiuntur exemptionem, de quò videri potest  
exaltatæ prudentiæ & cognitionis Jctus Dn. Sprengerus.

§. 6. Ecclesiæ & Clerici, quæque his annumerantur  
Hospitalia, Xenodochia, Orphanotrophia &c. pietatis ra-  
tione à Collectis immunes censentur; subaudi extraordina-  
riis, quæ principaliter personæ imponuntur, vulgò *Scha-  
bung*. A muneribus autem realibus sive patrimoniorum or-  
dinariis, quæ ex legis provisione certam habent præstatio-  
nem, ut sunt angariæ, parangariæ, plaustra, & alia, quæ  
possessionibus & patrimoniis indicuntur, nullam immunita-  
tem percipiunt. Et exinde est, quòd non exempti habeantur  
ratione prædiorum & bonorum, *auff welchen Sie Bür-  
gerliche Nahrung treiben*. Præterea & Clerus Romanus de  
omnibus suis bonis contribuit pro palliò Archiepiscopali,  
quod est insigne de corpore B. Petri desumptum. Nec mi-  
nus ad relevationem Episcopi, & pro Ecclesiâ gravatâ, vel  
tempore expugnationis, aut contra Turcæ invasiones alias-  
que Imperii necessitates *R. A. de Ao. 1542.*

§. 7. Consiliarii Imperatoris aliorumque Imperii  
Principum; Quoniam enim Reip. curâ gravantur, nullam  
ca



ea propter amplius nisi pro re privatâ sustinere debent inquietudinem. Collectis atamen, quæ publicæ necessitatis causâ injunguntur, nonnullis Doctorum placet, eosdem quoque subjacere vi legis nostri juris Romani; nisi aliud loci consuetudo ferat, quæ in Collectis etiam contra juris Regulas multum potest.

§. 8. *Academie*, & in illis viventes Doctores ac Graduati, itemque Professores studiorum liberalium, & Medici; etiam emeriti ac honestè dimissi; unâ cum uxoribus & liberis, itemque viduis, donec illæ ad alias non transeunt nuptias. Pro quorum privilegiis ipse Imperator Anno 1640. Ordinatione Clementissimâ rescripsit, & Imperii Status in Comitiis in sequenti Anno 1641. habitis, gratiosissimè interceserunt, uti clarè loquuntur *N. A. de anno d. §. So viel nun sonsten.* Et Serenissimus Elector Saxonie eodem annò super hoc negotiò promulgari curavit, in verbis: *Und sprach Ihr Churfl. Durchl. quddis gemeinet/das sein Professor. De Licentiato si queratur eadem est dispositio juris, ob rationem, quòd eruditio sit de substantiâ ad obtinendum gradum; Licentia autem de illâ fidem fecerit. Jam cum approbatus dicatur per licentiam, approbati gaudet privilegiò, salvò munere patrimoniali.*

§. 9. *Academiis in Constitutionibus Electoralibus Saxonie accensentur tres Scholæ Illustres, Porta ad Salam, & quæ M. senæ celebris est. cum Grimmeni prope Muldam; quæ parem circa Collectas cum Academiis sortiuntur immunitatem. Namq; ceu naturali quodam instinctu Principes animi favore & commiseratione in Scholæ & Academiis feruntur, ac nemo hostium facilè ab omni humanitate adeò alienus fuit, cum bellò omnia poterentur olim in Germaniâ infensissimò, quin Academiis & Scholis parferit.*

§. 10. Quò nomine & præ reliquis nostra, in quâ vivimus, *Alma Wittebergensis*, Exercitûs Svecici Duci Generali & Campi Mareschallo antehac in Germaniâ Dn *Leonardo Torstensohn*, cujus hospitationibus, exactioibus & contri-

*Consultaris*

*l. actor. 4. C. de exact. tr. b.*

*Festas. d. e.*

*Collect. 7. 2. c. 1. n. 16.*

*6.*

*l. 3. 4. C. de Prof. &*

*Med.*

*d. l. 6. eod.*

*d. l. 6. C. de fin. eod.*

*arg. l. 13. C. de dignit.*

*D. N. de ad. 1641.*

*Promulg.*

*Electoral.*

*Sax. d. c. d. eod. anno*

7.

*8. rsten-Schul. n.*

*Wit. en-berg.*



butionibus Saxonia & Misnici fines Ao. 1642. circumcirca inundati erant, haud vulgares debet gratias, quod tum temporis pro sua omniumque circumjacentium Academiae pagorum ac praediorum securitate Indulgentiam ac Salvam Gvardiam, quam vocant, s. Schutz-Brieff / cum liberrima impetraverit, ex quibus non piget, sequentia verba Diplomatis huc adscribere:

\* Als befehlen hiermit Seine Excellenz allen &c. daß sie obbemeldte Universität zu Wittenbergk / Derro Professores, und ihre angehörige 8. Dörffer / so oben specificiret, mit ihren pertinentien hinführo ruhig / unperturbiret, und ungefräncket seyn und bleiben lassen / und hierwieder / unter was Schein es geschehen möchte / in geringsten nicht pressiren, betrüben noch beleidigen / Vielweniger ohne Ihrer Excellenz Befehl / mit Einquartir - und Einlogirung / selbst anmassender Contribution, Brandschagung oder anderer Exaction, Brandt / Plünderung / Abnahm Pferde / groß- und kleinen Viehes / Getreide / noch anderen Insolentien und Gewalthätigkeiten infestiren und beschwehren / oder diese Salva Gvardi und Schutzbrieff in einigerley weise violiren, Sondern selbige allewege / bey vermeidung schwehret Verantwortung und Ungelegenheit / auch nach befindung des Verbrechens unausbleiblicher Leibes- und Lebens. Straffe / gebührlich respectiren, und in beharrlicher Obacht unverbrüchlich halten wollen und sollen &c.

(L.S.)

Linnard Torstensohn.



§. 11. Extenditur & hoc Privilegium Immunitatis ad Advocatos Camerae, uti patet ex Ordinatione Camerali Camerae. In specie circa hæc in quaestionem venit, an Doctores Juris (de Medicis enim paulò antè dictum est) à Collectis immunes sint? Nosque prout jam antè in genere assertum cum Henricò à Rosenthal & Schonero affirmamus; imò & iis adjungimus Advocatos in genere tanquam togatos milites, qui militare pro Rep. dicuntur.

§. 12. Hos justà serie sequuntur *Milites*, intellige *Duces armatos*, atque *Officiales Bellicos*, in campo & acie s. expeditione spectatos, vel actu in functione detentos, so in *Wu. flichten Diensten seyn*/ Vix tamen ultra munia personalia, à patrimonialibus enim neque Primipilarem neque veteranum aut ullum militem excusari, textus est in l. sordidorum 13. ibi: neque enim potest C. de excus. muner.

§. 13. *Forenses*, his enim propter defectum jurisdictionis non inducitur Collecta, extraordinaria scil. quæ personas magis quàm res afficit; benè tamen ordinaria; quæ nimirum rei propriæ inhæret. Res autem, quas Forensis sub alterius territoriò fitas possidet, licet persona subdita non sit, utique collectari potest.

§. 14. *Pater 16. liberorum*. Quod Privilegium introductum est rescriptò D. Pertinacis, quò omnia munera remittuntur. Cui assimilatur Cujacius l. 24. C. de decurion. ob geminam rationem, quòd scil. parens hîc jam antè tot liberorum educatione multum gravetur, & tantum civitati munera suggerens de Rep. benè mereri censeatur. *De Matre 5. liberorum* nonnulli statuunt, quòd non minus quàm pater eximatur. Ast jamdudum hoc expirasse privilegium videtur. Illud saltem adhuc quaeritur, Collectarum sarcinam vivò patre tot liberorum indictam an ipsò mortuò proles gestare teneatur? Nos negamus ob identitatem rationis, quia in præstatione onerum ejusdem sunt juris cum parente, & si debita solvere tenentur, commodis etiam frui ipsi integrum maneto. Vide de hæc re plura apud Bocerum.

§. 15. Tan-

Advocatio  
Ordin. C. mer  
p. 1. 49. §. 1.  
Henr. à Ro-  
senthal. Syn. Jur.  
Feud. c. 5. Con-  
cl. 74. Joh.  
Schoner. l. 1.  
diss. Feud. 4.  
th. 124.  
l. Advoc. C.  
de Advoc. di-  
vers. judic.  
7.  
l. sordidorum  
13. ibi; neque  
n. potest C. de  
excus. muner.  
8.  
Tiraquell. de  
Nobil. c. 20. n.  
165. seq.  
Barr. & alii in  
l. rescripto §.  
fin. ff. de muna-  
Vvurms. Ex-  
erc. 6. th. 110.  
9.  
l. 5. §. 2. ff. de ju-  
re immun.  
l. 24. C. de de-  
cur.  
l. 1. §. 15. de cõ-  
transp. mitto

Q

Bocer. c. 11. n.  
2. seq.



10.  
Pauperes.

l. 7. & 9. C.  
de mun.  
patr.

101. t. C. qui  
mort. se  
excep.  
l. 2. §. 1. mores  
p. de mun.  
& bon.  
Thomas e  
Collectis p.  
m. 451.

Inquam Tu-  
beronis §.  
ff. de pec-  
cul.

11.  
Et studentes.  
Zoësius in  
Comment.  
ad ff. de  
public. &  
§. 1. §.  
Auth. C. ha-  
bitare filii  
pro patr.

§ 15. Tandem & Pauperes immunes esse debent: qui in triplici genere constituti sunt. Sunt enim vel pauperes consilio, ut sunt viduæ vel pupilli, furiosi, prodigi, quibus Jus nostrum immunitatem Collectarum tribuit, personalium quidem, sed patrimoniorum non item. (Vel corpore pauperes, ut cæci, muti, surdi, debiles, ac perpetuò febricitantes, itè valetudinarii & podagrosi; atque hi eadem cum prædictis gaudent libertate ob Collectas, quas personæ aliàs sustinere coguntur. Vel pauperes pecuniâ, qui propriè ita dicendi, & immunes relinqvuntur: quique ostiatim victum suum quaritant, ad nullum onus solvendum compelli possunt: alii verò, qui pauxillum habent, ad munerum personalium præstationem tenentur, ex mente Dn. Thomati de Collectis. Et censendum est, in eò, qui extremâ affligitur pauperie, nihil referre, an propriâ culpâ vel fortunæ injuriâ ad paupertatem redactus fuerit. Utroque enim in casu inopiâ debitoris exactionem inanem excludit, Unde wo nchts ist / da hat der Kaysar sein Recht verlohren, ut in communi diverbiò habetur. Locupletior tamen factus, mutatâ conditione pauperis, utique rursus tenetur ad præstationem munerum, in casibus, ubi intuitu paupertatis immunis relinquebatur. Quò facit lex quam Tuberonis. § fin. ff. de pecul.

§ 16. Studiosi tamen præ omnibus aliis sibi assumunt, & miris modis amplificanc hanc immunitatem, utpote qui liberrimis per Romani fines Imperii utuntur privilegiis juxta Zoënum. Cùm enim D. Imperator Fridericus illos ab omni solutione pedagii, telonii seu talix & cujuscunq̃e exactio- nis genere liberos esse debere, sub pœnis gravissimis fanci- vit, & executionem Archiepiscopo Coloniensi, Brabantix- que & Geldrix, ac Julix Ducibus demandavit Francofur- diæ 4. Aug. Ao. 1442. regni sui 3. Ut hinc de verborum au- thenticæ explicatione, quam Imperatores & usus ad hæc us- que tempora stabiliunt & comprobant, non sit ulterius labo- randum. Et ratio hæc superaddi potest, quòd vel prædia atq̃ opes non possideant, aut si alibi habeant, ipsos ibi locorum vel



vel eorum parentes collectari, quòdqu; ipsi rursus eosdem pro sumptibus Academicis penè non emulgere soleant. Cæterùm peculiari edictò cautum est, ne Studiosorum res ac supellectiles tributò aut vectigali infestentur. Et si publicanus pecuniam urgeat vel extorqueat, pœnæ locò quadruplum dare debet. Hinc, ut appareat, cistis nostris inscribimus: Studenten guth.

Studenten  
guth.

## CAPIT VII.

De

### Materia Contributionum.

§. 1.

**I**n numeratâ pecuniâ potissimùm exigì Contributiones, inter omnes æquè constat. Sed numné pecuniæ verbum latius accipiendum sit, disceptatur meritò. Et affirmamus, quòd non tantùm ad pecuniam numeratam, quam appellamus, restringendum, sed juxta extensionem latius sumendû, ita ut etiam corpora quævis alia, in patrimoniò tamen nostrò existentia, complectatur, adeoque etiam annonæ, & si quæ aliæ rerum species ex bonis nostris conferendæ sint, eò intelligantur. Præsertim belli tempore, ubi frumenta, quæ ad comæatum præstantur, Proviand-getreidig/foena & avenæ, Fourrage an Hafer und Rauchfutter/Panes Commis-Brodt / Cerevisia, vinum, lardum & alia, quæ alendo militi conducunt, solvuntur.

Haar Geld

l. 178. princ.  
§. 1. de V. 5

No. 17. c. 8.  
No. 128. c.  
15. l. 7. junct.  
rubr.

§. 2. Quoties autem pecunia imperata est, aliud pro illâ commodè solvi non potest. Magis enim ex re est, ut in promptu numerata habeatur pecunia. Proinde & generali quâdâ consuetudine nō nisi numerata peditur; adeò ut vix pignora vel fidejussores sufficere autumè, nisi illa sint Prætoria, aliis anteriori jure nō oppignorata, & ita, ut statâ horâ in destinatû usum converti possint, comparata: hi verò sub jurisdictione proximè ad-

Sixtin. de  
Regal. l. 2.  
c. 6. n. 82.  
Bürgen o-  
der Pfande.

D

mè ad-



mè ~~adfiti~~, solvendo atque omni exceprione majores.

2

§. 3. Opportunè etiam hâc occasione quæritur, si certa aliqua moneta contributionis nomine solvenda sit, quam contingat mutari in bonitate intrinsecâ: an valor, qui tempore impositionis ejus monetæ erat, an verò, qui jam solutionis momentò existit, sit attendendus? & secundum priorem æstimationem faciendam esse solutionem, non sine ratione defenditue, nisi tamdiu per longum tempus soluta sit de monetâ corrente, ut generi solvendi sub eâ formâ præscriptum reperiatur.

*c. 11m. X. de  
sensib.*

## CAPUT IIX.

*De*

### Formâ & Modò Contributionum.

§. 1.

*CL. Stahlii  
de Reg.  
Philos.  
Forma Con-  
tributionis  
expeditur.*

**R**ectâ jam viâ ad Contributionum, quas hic tractamus, formam, quæ dat esse rei ut sic, progredimur. Hæc in extraordinariâ (nam in Ordinariâ res ab se pater) indictione, quæ emergente necessitatis vel utilitatis casu fit, videtur sita, uti in præcedentibus sparsim dictum est. Ex hoc ergò non proletarium suboritur dubium, num & extra has tempestates collectari subditi jure queant? Et benè id posse fieri, ob rationes haud ficulneas nullus dubito.

§. 2. Quarum prima est, quòd Princeps tam in privata quam publica bona imperium habeat. Deinde quoniam de jure regis est, ut à regnò alatur, & quidem pompâ regali, ac regnum ei subministrer omnia, quæ necessaria fuerint tam pacis quàm belli tempore, ita ut si e. g. Principes filii peregrinationis causâ ad Exteros sint ablegandi, Legati ad exoticos Reges pro disidiis componendis, aut de congratulando ob natiuitatem heredis in regnò emittendi. Modò fiant hæc omnia

par-



parcè, & eò pactò, ne Subditi ultra modum graventur & pre-  
mantur. Secus si fiat, Machiavelli potiùs quàm Christiani  
Consiliarii sapit suggestionem: & ejusmodi Principis laticias  
ac pocula subditorum lachrymis temperari credibile est. Pro-  
inde Princeps subditorum amans satius sibi ducit, cum emo-  
lumentò suorum illud intermittete, quod non nisi cum maxi-  
mò eorundem detrimento peragere posset.

§. 3. Quà modum porrò censendi ipsum, ut rectè sese  
ac omnimodè æquabiliter ad bona habeat, in duobus singula-  
ris ipsorum Exigentium industria exigitur, in ipsà nempe de-  
scriptione bonorum cujusque & æquà Contributionis imputa-  
tione. Hanc in re justitia requirit ipsa, nec illam tanquam  
medium ad hanc scire potest neglectam. Quod si jam modus  
earundem rectè expediri debet, utq; de earum operà deque po-  
puli viribus & quotà collectæ à singulis exigendæ constare pos-  
sit, summa hujus negotii est, librum censualem, qui & Matri-  
cula, item æstimum & catastum dicitur, probè confici, eò  
scil. modò, ut non tantùm id, quod nomine Contributionis  
quemque pendere oporteat, describatur inibi; sed omnia in-  
super bona censa, immobilia præsertim, itemque mobilia ac  
moventia, nomina pariter & actiones, redditus, mercaturæ lu-  
cra & opificum emolumenta, quæque patrimoniorum nomi-  
ne continentur, eà ratione annotentur, ut singula, si opus fu-  
erit, sine metu fraudis Collectoribus manifesta possint esse.

Cujus descriptionis elegans atque eruderatum reperire  
licet formular in legibus: quem textum, quia in magnò à Dd.  
habetur pretiò, ne evolvere pigeat, & insuper adeat, qui velit  
Magnificum Dn. Hahnium.

§. 4. Huic postideà ita ritè confecto æstimo firmiter  
statuatur, eoque modò ordinata Matricula de jure plenariè va-  
let. Quare, ne quid hinc dissimulem, longiùs remotam velim  
vulgarem illam Imperii Matriculam, cui Limnæus nimium  
quantum tribuit, & tam affirmativè quàm negativè probare  
asserit: Cum tamen, uti ex Nobilissimo Dn. Leisero Juris An-  
tecessore in hac Almâ famigeratissimo, cum in prælectionibus  
privatè

*Matricula*

*l. formà cē-  
suale 4. ff.  
de Censa  
Hahn. ad  
Vvesenb.  
circ. hunc  
tit.  
Valor Ma-  
tricula.*

*Dn. VVilb.  
Leiser JCr.  
in Prælect.  
ad J9 Publ.*



*Wilh. Becker.*  
*lib. 3. c. 2. de Civ.*  
*Imper. immed.*  
*§. 2.*  
*Pacific. Osnab-*  
*brug. Artic. 8.*  
*versis habeat.*

*Peraquatores*  
*constituendi.*

*juxta Novell.*  
*17. c. 7.*

*l. c. de Exec.*  
*Exact.*

privatis ad jus publicum Beckeri ab ore ejus haud ita pridem penderem, probè didici, si secundum requisita examinari debeat, adèd imperfecta sit, ut in Pacificatione Osnabrugensi ejus Revisionem peti opus fuerit visum, & cum ingenti Reip. malò ad hunc usq; diem desideretur enixissimè.

§. 5. Jam cùm in collatione multipliciter & tum maximè peccari videamus, quando plus poscitur, quàm necessitas efflagitat, cumq; ordo & æquitas non observatur; Reip. conducet plurimùm, si publicè bonorum Census agatur, & auctoritate ejus, qui hoc jubendi potestatem habet, nonnulli constituentur, quibus & cura & potestas datur inquirendi in fortunas & facultates Populi, easdemq; censendi, qui quidem in antiquâ Rep. Romanâ viri fuerunt, aut certè esse debuerunt magnæ auctoritatis, & plerique justitiâ suâ ac morum integritate multùm commendati. Penes enim cives relinquere distributionem Collectarum inter se faciendam, consultum non est, quoniâ multa exinde metuenda sunt quæ parùm conveniunt: In oppidis tamen & civitatibus nihil impedit quò minus Senatui deferatur illud exigendi munus, cum exploratas cujusque fortunas habeant in tributis municipalibus, *Wor-nach die Current-Contribution, Bürger-recht/Gewerb-Steu-er &c. angeleget und außgebracht wird.*

§. 6. Ne tamen illi seipso vel alium quenquam ex necessariis, affinis & amicis, qui pro reliquis opibus eminent, & saginas urbis possidet, eximant, vel per malam bonamvè gratiam, qui locupletiores existunt, subleventur, quique minùs, premantur nimis, magis expedit, ut peculiare constituantur Executores & Peraquatores, qui, se officium suum fideliter obituros, ita, ut peraquatis bonis æquâ lance Indictio procedat, jurare debent, & in exigendis tributis, ubi opus erit, Præsidis implorare auxilium possunt. Et è re valdè est, ut singulis annis rationem reddant, prout leges jubent. In quem finem apud nostras regiones illa adolevit consuetudo, ut Exactores cautionem seu satisfactionem bonis suis præstare teneantur, *müssen Vorstand bestellen.*

§. 7. Ab



§. 7. Ab his igitur & juxta modò præscriptam normam ac formam rectissimè postmodum videbitur institui Imputatio, si ad amissim justitiæ distributiæ proportionemque Geometricam, quam vocant, illa exigatur.

§. 8. Omnes autem, qui bona sub Imperatore habent, censum profiteri debent, & fortunarum suarum æstimationem quisque apud Magistratum si opus fuerit deferre jubetur, nec integrum ulli est, reticuisse actiones & nomina exigibilia, itemque illas fortunas, quas proximè futura messis promittit, vel navis de auditu portui appellens aut saltem extra tela hostium constituta apportat. Omnia hæc censui subjacent, & in arbitriò Principis positum est, vel augere vel imminuere indictionem, præsertim circa illas, quæ luxum & divitias promovent; factâ nimirum distinctione partium quanti præstandi juxta illam rationem, quæ est in ipsa bona collectanda, ita ut æquabilis ab omni parte portionum distantia atque commensuratio appareat. Vel, ut planius aliàs loquuntur; imponi & distribui Collecta debet non secundum FUMANTES s. focos aut lares; (cessat enim hodiè illud vetus de ædibus amplis amplò impositò tributò proverbium: *Wer ein groß Haus hat/beherbriget den Kenser*) sed secundum ÆS & LIBRAM, ex cõplausu omnia aliàs explodentis Machiavelli, h. e. pro viribus cujuslibet patrimonii; Ex fructibus tamen cujusque rei, quam quisque legitimè professus est, æstimandis, eoque planè usu, quem commendat Dn. Carpzovius & laudatus Dn. Hahnus per aliquot pagellas supra cit. loc. comprobatur. Nisi Jus aut consuetudo aliud statuerit. Tunc enim in illis locis alius aut novus subcollectandi modus nemini obrudi potest: Et Subditi collectas ultra vel præter antiquam formam impositas jure solvere recusant.

*Nordalimpositionis. Proportio Geometrica. Bonorum professio.*

*Brantlache in Epit. Jurispr. Publ. l. 6. c. 2. Æqua imputatio.*

*Nicol. Machiavelli. l. 1. diff. de Rep. c. 15. f. m. 190*

*Carpz. Resp. Elect. 4. t. 10. resp. 22. Hahn. loc. supr. cit. Rödenstrüel in Recht. Bedenck. in von Contributionen n. 575*

D 3                      CAPUT





# CAPUT IX.

De

## Privilegiis Fisci circa Contributiones.

§. 1.

**M**ulta sanè & quàm egregia Privilegia Camerae s. Fisco indulta sunt, præsertim illi, qui κατ' ἐξοχήν ita dicitur, receptaculum scil. istud, quò Pecunia Principis Romani, & ea quæ ad ejusdem patrimonium ob ipsius dignitatem tuendam spectant & pertinent, conduntur, prout eleganter ita describit Vir inter Jctos Illustris & Splendor Aulae Electoralis Saxonicae Dn. Augustinus Strauchius. In genere tamen & illi, quos Principes Inferiores & Status merum & mixtum Imperium atque per illud jura fiscalia & regalia usurpantes, celebrant, gaudent circa materiam Contributionum juribus quamplurimis.

*D. Augustin. Strauch Col- leg. de Success. ab Inst. Diss. ult.*

1. §. 2. Ex quibus primum non immeritò locum tribuerem illi, quòd causæ fiscales, ut sunt Collectarum Imperii, immediatè ad Camerae judicium pertineant, & Austregarum Privilegium circa illas cessare jubeatur.

*Ord. Camer.*

2. §. 3. Proximum ah hòc est, quòd omnibus contributionum aut vectigalium præstationibus Fiscus immunis sit.

*l. 1. C. si prept. publ. pensit. C. de f. nec. celeb.*

3. §. 4. Quòd bona Subditorum pro muneribus in communi necessitate subeundis Fisco tacitò pignoris nexu sint obstructa.

*l. satis notum 4. C. in quib. caus. pign. tac. contr. ab.*

4. §. 5. Quartum, quòd causa in effectum producit, est, ut in concursu vel punctò prioritatis ratione Collectarum omnibus omninò creditoribus, etiam expressam & anteriorem hypothecam habentibus præferatur.

5. §. 6. Porro quòd Camera forum sortiatur privilegiatum, & coram suo agat iudice, licet non sit iudex rei, inque modò



modò procedendi levatò velò pertranseat, atque lis omnis regulariter bienniò finiènda sit, Recessibus Imperii ita volentibus.

§. 7. Sextò bona in censum non redacta Fisco cedunt, modò condemnati uxori atque aliis Creditoribus satisfaciatur: reliquum autem, quod superest, sibi arripere potest, per ea, quæ tradit Berlichius.

§. 8. Quod contra Fiscum nihil agat exceptio compensationis ultra duos menses, uti superiùs dictum fuit, & huc in castra transit Jurium Illuminator excellentissimus Dn. Paulus de Castro.

§. 9. Fiscus liberâ utitur optione, utrum sibi debentem priùs carceri velit mancipare, an bona in commissum cadentia occupare, uti tradit antehac memoratus Nobilissimus Dn. Klockius.

§. 10. In tantum, ut contra debitorem confessatum, ad summam liquidam procedatur ex officio, per modum Inquisitionis, summarie & executive, nec beneficium Appellationis relinquatur, adeò, ut, si jugulum petatur, vix aliud, quam FLEBILE illud CESSIONIS adjutorium, illi superfit.

§. 11. Decimò, ut possit compellere unum de consortibus, ad totum tributum exsolvendum: quod secus in aliis causis, ubi non cogitur alter solvere pro alterò.

§. 12. Tandem ut dominium rei alienæ transferre possit sicut propriæ, uti habetur in expressis textibus juris: Atque ut multa alia plura possit, prout uberius Fiscus Cameraque excellentiæ percensentur à Francisco Lucano, M. Ant. Peregrinò, Schneidevvinò, & exactissimè à suprâ laudato Dn. Paulò de Castro.

## CAPUT X.

De

# Arcanis locupletandi Fiscum per Contributiones.

*R. U. de anno  
1548. §. Galiche  
an. ere abir.*

6.

*Berlich. p. 1.  
Concl. 65. n. 13.*

7.

*Paul. de Castro  
ad l. fin. §. C. si  
advers. Fisc.*

8.

*Klock. c. 18. de  
Contrib.*

9.

*l. fin. C. quorum  
appell. non re-  
cip.*

10.

*l. omnes §. l.  
benè à Zinone  
C. de quadr.  
prescript.*

11.

*Franc. Lucan.  
tr. de Fisc. & e-  
jus Priv. Pere-  
gr. tr. de Jur. &  
Priv. Fis.  
Schneid. ad tit.  
f. de hered. qua  
ab intest. rubr.  
de Succ. Fisc.  
Paul. de Castro  
ad l. 7. C. de  
Priv. Fisc.*



Arcana.

§. 1.

**M**ultos Exactionum modos excogitare hominis versuti est, & omnes illi, qui Principi placere student; istud genus laboris in delitiis habent. At Christiani Poliei cura domestica esse solet, subministrare consilia, quæ Principem sublevant & Reip. commodo fiunt, quæque à Subditis haud invitè erogantur.

§. 2. Quod a. in universum fontes attinet fodinasque, unde quàm commodissimè simul & justissimè hæc pecuniarum in publicum corrivatio queat fieri, hic rerum gerendarum nervus erui: Sunt illæ quidem genere plures, quas ferè communis usus ac dies, nec non cujusvis industria aperire, apertasque obtinere solet.

§. 3. Omnium verò amplissimum, profundissimum & cum primis perenne publicarum divitiarum fluentum opinor Contributiones sive populi in commune factas collationes. Quæ tamen ut rectè instituantur, non pauca circa illas Cautelæ attendendæ veniunt: Quarum licitæ aliæ & commendabiles, aliæque minus tales habentur.

**Licit.** 1. §. 4. In illarum igitur Classe primò locò ponimus, ut Tabulæ descriptionis in secretò servari debeant, ne intescat extraneis Reip. annotatio, ejusque vires ac potentia cognosci possit.

*Bodin. l. 6. de Rep. c. 7.*

2. §. 5. Deinde ut sub speciosò titulò, veluti arcendi motûs bellici, aut in spem commodi egregii, cumque res populo placituræ gerendæ, aut gestæ sunt, quæ maximè placuerunt, collecta indicatur.

3. §. 6. Sic etiam capiuntur animi, cum mollia nomina, quantum licet, Contributionibus imponantur, quò faciliùs admittant privati: Præstatque ejusmodi inveteratas augere, quàm novas imponere. Novum enim novi oneris, & plurimum plebi est invisum; at quod veteri additur, propter consuetudinem haud difficulter toleratur. Proinde aurium voluptati hinc morigerari debet Oratio.

*Cic.*

§. 7. Consilii pars est, ut particularis fiat collectio, eaque commodò anni, quantum necessitatis permittit casus, tem.



tempore, scil. quò tritores per horrea audiuntur, & incal-  
scunt areæ, ne primò impetu exhauriatur pauper, & agri  
quiescere, sinat culturam paterfamiliàs.

§. 8. Si extraordinaria fit collecta, solaminis hoc ad-  
dendum est, semel pro semper non iterandis vicibus, salvo-  
que pendentium jure præstari.

§. 9. Quæ de mercibus præstandæ pensationes, magis  
peregrinos afficiant mercatores, quàm cives & domesti-  
cos.

§. 10. Porro captanda imponendarum pensionum oc-  
casio est, ut sine injuriâ, vi, ac tumultu, placidè ac sub pro-  
missione mox finis habituri exigantur.

§. 11. Sic etiam maximè ex re est, captare auram opti-  
matum, & conciliare sibi illos, qui magnâ autoritate pol-  
lent, contra refractarios.

§. 9. Haud postrema autem ad gratiam colligendam  
illa censenda cautela est, si indebitæ exactiones tempore  
publicæ calamitatis unquam remittantur, aut ordinaria tri-  
buta ad tempus suspendantur: vel etiam ob merita Subdito-  
rum ex privilegio iisdem adimantur. Fidelium n. servitia  
perire non decet, sed in tristibus impensa recipere in meli-  
ori fortunâ. Quò stratagemate ceu philtro Potentissimus ac  
Christianissimus Rex Daniæ hodiernus paucis abhinc annis  
animos Statuum adeò delenivit, & infascinavit quasi, ut nul-  
lò negotiò ex Electio regnò postideâ fieret hæreditarium,  
quod *Souverain* vocant.

§. 13. Ex usuris pecuniæ publicæ ærarium ditare adeò  
non est. Earum causâ igitur Mons Pietatis in  
Rep. erigi solet, ex quò civibus vel peregrinis, pignore da-  
to, pecuniæ publicæ ad legitimas vel paulò majores usuras  
mutuò dentur.

§. 14. Nec improbandum planè puto Belgarum inven-  
tum, cum illi ut & aliæ in aliis regionibus civitates, olim  
imminutò ærariò, ad inferendam pecuniam uti Ollâ fortunæ  
publicæ consueverunt.

E

§. 15.

Pauss. ab A.  
Schaffenburg  
in Conf. pro  
Ærario, Class.  
s. Conf. 28.  
Ord. 489.

10.  
Mons Pietatis

11.  
Gladstorf



12

§. 15. Præterea etiam mutuas à subditis opulentis accipere pecunias absque usurâ Princeps bene potest, ex illò, quod si censere ipsos valeat, multò magis hòc uti remedio possit: modo summa, quam vocant, capitalis restituatur. Quod genus faciendæ pecuniæ contra Subditos exercere inclytæ Venetorum Reip. consuetudo solennis est. De cuius justitiâ equidem disceptatur

13.  
Contributio  
Benevolentie.

§. 16. Edoardus IV. & Honorius VII. Reges Angliæ, quoddam exactionis genus, Benevolentiam, excogitavit. Egerunt n. cum amicis, ut sponte ad sumptus belli pecuniam erogarent, quod ipsi ex eâ re benevolentiam singulorum mensuri essent, ut sc. eum, qui plus daret, se plus diligere censerent.

14.

§. 17. At nullum tributum DEO carius, Principi iustius, & plebi utilius est, quàm quod iis imponitur rebus, quæ ad luxum, libidinem, delitiasque spectant: Proindeq; merito legibus sumptuariis prodigalitas cohibetur, ne vires illæ, quæ Remp. sublevare poterant, in inutilem pompam impendantur.

15.

§. 18. Maximè pia quoque & egregia illa cautela est, ut curæ Contributionum exigendarum homines sanctissimi, & qui puras ac innocentes manus habet, præficiantur. Secus enim si fiat, nulla tributorum acerbitas sufficiet.

16.

§. 19. Denique exactam pecuniam cum artificiosâ quadam parsimonie ostentatione in publicam utilitatem erogare, multum meretur laudis ac gratiæ. Hòc enim fit, ut modum plebi incurrat in oculos, & videant gentes, non eam per luxum & convivia, ludos & venationes perdi ac dilapidari.

Clapmar.  
Boxhorn.  
Heider.  
Forstner.  
Becker.  
D. aut. acht  
Röv. n.  
fr. n. f.  
ab Aschaffenburg.  
Antimachiavell.

§. 20. Plura qui desiderat, adeat inter Politicos Clapmarum Scriptorem insignem de Arcanis Rerump. Boxhornii Tractatus Politicos, Heideri Systema Philosophiæ Politicæ, Forstnerum in Notis ad Corn. Tacit. E. C. tis Beckerum, Brautlacht/Rövenstrund/ Joh. Fausti ab Aschaffenburg Consilia, & sic nominatum AntiMachiavellum, atque alios: & quod



quod nudius tertius lucem aspexit Scriptum de Statu Imperii Germanici politissimū sub nomine Severini de Monzambano veniens.

de Monzambano

§. 21. Illicita etiam remedia, quibus ærarium ac non nisi lachrymis Subditorum augetur, DEUSQUE offenditur, heri & hodie fuerunt varia: quorum accuratā enumeratione aut recommendatione lubens supersedeo. Ne tamen planè nesciri videantur, è multis pauca memorabo.

Illicit.

§. 22. Romani Pontifices in suā officinā inexplebiles & inexplicabiles habent artes extorquendi pecuniam à Germanis, utentes compendiō, suscipiendi belli Turcici, quō lapè ingentem conquisiverunt pecuniam, qua tamen postea non in Christianitatis defensionem, sed profanos & illicitos usus, turpissimas libidines & pompas fuit profusa, ut rectè conquestus olim fuerit Megalander Lutherus, hōc modo præliari adversus Turcas esse repugnare Christo.

1.

LUTHER.  
Christoph.  
Binder Theol.  
D. de Bell.  
Turc. lib. 17.

§. 23. Porrò reperiebantur quondam Magistri, novas astutias collectandi excogitantes: quibus solenne erat, ut Principibus persuaderent, Collectas institui posse, quò Sponsus & Sponsa nuptias celebrantes Joachimicum solvant, & cui filius vel filia nascitur, eundem expediat.

2.

§. 24. Vix iniquior & nocentior quæstus ullus est, quàm si Magistratus à subditis pecunias minoris accipiat, & pluris erogat: quod nihil aliud est, quàm ponderum & mensurarum inæqualitati fenestram aperire.

3.

§. 25. Sic nihil tam ab æquitate alienum, quàm quòd bona naufragiò ejecta in commissū cadere & Fisco applicari apud Batavos frequentetur, cum afflicti anteà dignior misericordiā censendus sit.

4.

§. 26. Quò jure quavè injuriā bona quasi vacantia legitimis heredibus auferantur, & cedere Magistratui statuatur, ij Supremo respondeant judici, qui Cameram Principis ita ditare pro parte officij religiosè reputant.

5.

§. 27. Neque hinc justitiam tributi illius disputare satago, quando emigrantes è civitate vel loco quodam sine discrimine ultra citraq; antiquatam consuetudinem non decimam, sed

7.

E 2

quar-



7. *quartam, imò tertiam partem bonorum relinquere tenentur.*  
§. 28. Sunt, qui omnem movent lapidem, ut defendant factum Leuconis, qui pecuniis indigens, promulgavit, se aliam monetam percussurum: quare quilibet suos nummos, ut valerent, aliam forma notati, afferret. Quibus omne quicquid habebant ferentibus aliud signum impressit, duplici quæ, pretio esse unumquemque; nummum iussit: Unde dimidiam partem eorum, quæ collegerat, lucratus est neminem civium damno affecit, uti ille quidem, & qui ejus Scholam frequentant, autumant impie.

8. *Parlador. l. 1. rer. quotid. c. 3. §. 2. 14.*  
§. 29. Vile erat quod olim pro NIVE venditâ accipiebatur: rem quod pro chartis lusoriis, quæ foris in Hispaniam inventur, vel pro singulis in quocunque vitis deprehensis, pendebatur.

§. 30. Maximè omnium verò indigna Principe sunt ista cotradendæ pecuniæ aucupia, cum rebus turpissimis honesta nomina imponuntur, & ex lupanariis meretricium, è mendicis sordidum, è litigiis insolitum tributum exigitur.

§. 31. Et ejusmodi sexcenta alia arcana, quæ ceu in aulis Principum nidantes hircines singulis diebus nova excogitare, civiumque opes exhaurire siveverunt, videas plurimos: at qui autoritatis honestatisque in eo genere rationem haberet, paucos, atque illud ut plurimum, ruinam patriæ è tergo vestigia insequi. Nec fieri aliter potest, si enim membra extenuantur, evenire affolet, ut aut capiti malè sit, aut monstruosum magnitudine

*Thom. Be- zius l. 2. de Imp. Virt. contra Machiavellum edito.*  
corpus fiat, prout scite ita describit elegans Autor in libello contra Machiavellum edito. Ut verò tyrannica hæc consilia sunt: ita plerumque qui illa subministrant, ejusmodi adsunt Principibus, qui in Aula Magni Ducis & flagitiis nobilissimi Moschorum Tyranni Basilidis educati, artem regnandi studuerunt.

*Oderborn. in Vita Basilidis.*  
Ille enim ab Oderbornio, Scriptore non minus erudito quam eleganti describitur, quod fuerit Vir magnam crudelitatem, & gratiam fraude potius quam ad apertis sensibus insignis: apud quem nec cupiditas pecuniæ, nec augenda dominationis studium ullò modo terminata; idem tamen inter quotidianas



nas rapinas semper inops fuerit; & misericordia in eò ac perfidia pari jure dilectæ.

## CAPUT XI. & ULTIMUM.

De

### Actionibus inde resultantibus.

§. 1.

Ultimum erit, quod circa amplissimum hunc Contributionum campum lustrandum suscepimus, **ACTIONES**. Parum enim est, nosse, jus in Civitate esse, nisi etiam sciamus rationem & viam juris illius tuendi aut persequendi.

*Actiones.*

§. 2. Iste verò ceu seges latissima exinde abundè pululant: & Domino æquè ac Subdito competunt.

§. 3. Domini quidem contra subditos vel personalis vel realis est. *Illam* ex nudo pacto & consensu oriri existimo, veluti si Subditi haud invitati in Collectas consentiant, opesque suas in Matriculam censualem redigendas profiteantur: item quando domicilium aliquò transferant, illarumq; exsolutioni sponte sese submittant. *Hac* ex re, cui Contributio imperata est, oritur. Ubi verò forensium bonis Collectæ imponuntur, non nisi actio realis competere potest, quoniam actor, dum in rem & fructus agit, possessorem ad solutionem causativè compellere intentat, per tradita Gailii.

*Domini  
l. cū possessor §.  
pro pecuniâ ff.  
de Censib.  
Personalis*

*Realis*

§. 4. *Hypothecariâ* autem actione Collectæ peti possunt, si bona in censum non redacta sunt: Et quotiescunq; Fiscus agit, habet celerem expeditionem, ac paratam executionem gerit in dorso, aliisque Creditoribus semper præfertur, ita ut nemo antiquior censeatur in re, quæ Fisco cōtribuit, quoniam lex nostra tanquam antiquissima jam ante milles annos tacitam illam obligationem induxerit, nullusque privatus de tantò tempore illam allegare possit.

*Gail. 2. Obser. 52.  
Hypothecaria.*

E 3

§. 5. Ul-



*Interdictum  
Salvian.*

*Sardo in Con-  
sil. 146. no. 17.  
seq.*

*D. Joachim.  
Nerger in  
Prælect. ad  
Schnobel.  
Contra Sub-  
ditos.*

*Jus Camera.*

*R. A. de anno  
1566. 70. 76.  
82. 94. & seqq.*

*Subditi*

*contra  
Dominum*

*Landrecht 1.  
2. art. 27.*

*synf. Cenr.  
5. Qb ser. 70.*

§. 5. Ulterius quoq; *Salvianum Interdictum* intentari potest contra bona in æstimum redacta & allibrata pro Collectis in perpetuum: Et bona commissa Fiscus à tertiò etiam possessore vindicare potest, uti fusiùs hæc persequitur Sardo in Consiliis, & Nobilissimus ac invidendæ eruditionis Jctus Dn. NERGERUS Patronus meus æstimatissimus in Prælectionibus ad Schnobel.

§. 6. Beneficiò *utilis Interdicti uti possidetis* Dominus contra sibi subjectos agere potest, cum Collectas præstare soliti ampliùs solvere detrectant; & sic causam turbatæ possessionis instituit, cautus antè de probandâ possessione ex parte sui, & turbatione contra reum.

§. 7. Id quoque in causâ Camerae singulare est, ut ad debitum liquidum procedatur ex officio per modum Inquisitionis & summarie, atque ad instantiam ejus emittantur Mandata sine clausulâ, sub pœnâ banni vel privationis Privilegiorum contra Dominum; Domino a. petenti sub pœnâ dupli contra Subditos, uti pluribus habetur in Recessibus Imperii.

§. 8. Tandem, ut vela contrahamus, paucis etiam videndum est, quomodo *Subditi seu Contribuentes* contra ipsos *Dominos* experiantur in jure.

§. 9. Primò affirmant nonnulli, Principem & Dominum in culpâ damni illati esse, & ex quasi delictò teneri, contraque illum ad damnum resarciendum agi benè posse, si mercator per ejus territorium cum merce viâ solitâ transeat, & non solum communem accisam, sed & tributa illa, quæ pro salvò conductu exsolvantur, præstiterit, nihilominus tamen in finibus illius territorii damnum à latronibus ipsi inferatur & spoliatur. Propterea enim Magistratus telonium accipiunt, ut viatores securi ire & redire possint. Landr. 1. 1. art. 27. §. Wenn er aber die Geleite giebet. Et in hoc casu non contra Officiales, sed ipsos Dominos agitur: Officiales enim, quamvis utique culpabiles fuerint, illorum tamen negligentia de Dominorum voluntate admittitur præsumitur.

Sio. Quan.



§. 10. Quantæ audaciæ, quantæ temeritatis sint quotûdam Ex-  
actorum factiones. Ictus dixit, ut multum diceret: alit fortè &  
parû dixit, qui semen dicat & messè dicat. Nã quid factiones secû  
vehant, cuius constat, Proinde cum sæpe usu veniat, ut præter  
imperatam summam aliam ad privata sua lucella extorqueant,  
vel etiam à privilegiatâ personâ exigant, peti potest Mandatum  
Inhibitorium, & de abrogandis novis ac inusitatis Contributionibus,  
uti & de non amplius offendendo.

*l. 12. ff. de  
publican.*

§. 12. Cumq; de Mandati insinuatione ritè constat, re-  
us autem illi non paruerit, & sic in pœnam inciderit; actor cõ-  
tra illum agit *actio in factum* ex hõc mandatõ, vel ad officium  
judicis imploratum petitq; pœnam mandati pro parte dimidiã  
sibi applicari, ac mandatum corroborari, asserente id Rulandõ  
in tract. de Commiss.

*Ruland. de  
Commiss. l.  
3. c. 8. n. 6.  
Cõditionem  
debiti.*

§. 13. Ut concludam, etiam subditis, indebitè ultra  
modum vel solitum gravatis, *Condictio indebiti, negotiorum  
gestorum extraordinaria, restitutionis in integrum, & ad interesse,*  
aliaq; remedia competere possunt, ita ut superior pensitati-  
ones indebitas & ultra solitum exactas restituere, & in futurũ  
à talibus exactionibus abstinere, damnum resarcire, & grava-  
tum sibi reddere cogatur.

§. 14. In quem finem Camera Imperialis Mandata sub-  
ditis contra Superiores suos decernere solet, rarò tamen absq;  
*limitatione*, sed eò plerumq; servatõ temperamento, ut cum  
clausulâ emanent justificatoriã, monitoriõ & exploratione,  
utrũ res ita, prout narrata fuit, se habeat, an secus, ne fidu-  
ciã Mandatorum Subditi fiant contumaces & refractarii,  
svadente ita sæpius laudatõ Dn. Gailiõ.

*Gail. 1. Ob-  
serv. 22. n. 4*

§. 15. Præterea cum solutio pensionis de stylo Curiarum  
executiva & favorabilis esse soleat, nullamq; retardationem  
sed potius condemnationem recipiens, *Condictio* hæc vix so-  
latio illi erit, nisi abundè probaverit, indebilè soluta esse.  
Officialibus enim & Exactoribus Contributionum pro com-  
muni symbolõ esto sententia illa illustris & multum practica-  
bile brocardicum: *Solve & repere: Geld vor/ Recht nach/ ad sti-*  
pulante Lancellottõ.

*Geldt vor/  
Recht nach.  
Lancell. de  
attent. p. 2.  
c. 17. n. 63.*

§. 16. Re-



Postell. de  
reb. Turcic.  
l. 3.  
Epilogus.)

§. 16. Regula autem catholica hæc sit Principi, ut meminert consuetudinis illius licet *Turcica*, at si rectè intuearis, verè *Christiana*, quâ pecuniam pro publicis necessitatibus exactam *Sacrum Populi sanguinem* appellant; ac ejus non minus, quàm ipsius sanguinis curam habendam putant.

§. 17. Hæc sunt, quæ pro instituto de Contributionibus differere allubuit. **DEUS** Stator ac Sospitator Ter Opt. Maxim. nobis per hunc ineuntem annum, & si quæ speranda sunt, futura tempora, halcyonia, quibus in his regionibus sub umbrâ florentissimæ ac potentissimæ Domûs Saxonice adhuc fruimur, clementissimè conservet, & qualibet injusta Onera ac insolitas Contributiones à finibus nostris averruncet longissimè.

Hæc in honorem DEI!







## CARMINA GRATULAN- TIUM.

**A**rdua res Sophiæ est abscondita dogmata nôsse:  
Gloria sed major *jura tenere probè.*  
**T**equè *tenere probè Legum, VVAGNERE, recessus,*  
Ostendunt doctæ scripta polita manûs.  
**Q**uis votum cœptis igitur non suggerat hisce?  
Prosperè ut eveniant apprecor ipse Tibi.  
*Gratulabundus deproperabat*

**PRÆSES.**



**Q**uid valido *validi* præstant in corpore *servi,*  
Hoc & in Imperio certa *Tributa valent.*  
Vix faustè Regni Princeps moderatur habenas,  
Cui res *arcta foris & nimis arma domi est.*  
Scilicet innumeros sumptus *toga* postulat usque,  
Et perimunt, Cræsi magna *talenta, Saga.*  
Hinc doctas posuisse *Theses de jure Tributi*  
Omni non, opus est, utilitate carens.  
Sit labor hic celebris *Patriaque Tibique Tuisque*  
Præmia diva *Themis* cedat, Amice, tibi!

*Dresda grat. scribebat Dn Respondenti & Au-  
tori, Contubernali quondam & Ami-  
co suo honorato*

Gothofredus Hoffmann /

J. U. L.

F


Cre.




**C**Redita qui repetunt, iusto non absque TRIBUTO  
Præfertim cupiunt, quod Themis ipsa probat :  
Cum sibi delatos exornet *honore labores*,  
Quem Tibi contribuat, *Fautor amande*, precor !

Franciscus Mühlmann,

I.U.L.

  
**D**um de *Collectis* docto nunc disseris ore,  
Ingenii laudem *colligis* ipse Tibi.  
Inde Themis quondam quoque *colliget* alma brabæum,  
Conferet & meritò quæ placitura Tibi.  
*deproperabat*


G. F. Reuter.

  
**J**usta Tributa capit Princeps, quæ subditus offert  
Talia dum *profers*, iusta tributa *refert*  
*Alma Themis*. VVAGNERE, Tibi, sunt ferta parata,  
Quæ cingent radiò splendidiore caput.  
Præmia sic grandi portabis fœnore certa,  
Et poteris doctos inter ovare Viros.

*Condiscipulo olim suo Portensi, & amico  
honorando scribebat*

Augustus Sindelfer/ Elect.

Sax. Leg. Prim. Pedestr. à Secretis.

  
**W**er wolte nicht Alstræens Sätze loben?  
Wein Werther/ deine fluge Schrift  
Hatt Ihren Grund genug erhoben  
Dis edele beginnen/



So ungemainen Fleiß betrifft /  
Wird ungemainen Ruhm gewinnen.

Dietrich Schicke /

Eqv. Misn.




**S**edulus invigilas *Themidi*; quod scriptio  
docta

Comprobat, & meritum Te manet inde  
decus,


*gratulab. fac.*

J. C. Strauß.



**D**electant *Proceres* doctè quæ tradis amice,  
Hincque tibi *Proceres* præmia digna  
dabunt.

Engelbertus de Burgo.



Madrigal.

**D**er Tugend Ruhm wird nicht gewonnen /  
Ohn Arbeit / Müh und Zeit;  
Nach dessen süßigkeit Er stets gesonnen.  
Aniso hat ER Sich Ihr recht ergeben /  
Und kan bey **S**terblichen unsterblich le-  
ben.

Ludwig Lenz.





## Madrigal.

Zeit zeigt Du uns mein Freundt  
Die Früchte deiner Jugendt/  
Weil Dein berühmter Fleiß  
Schon in der grünen Jugendt  
Erworben hatt den Theuren Ehren Preis /  
Drumb trägest Du der Jugend Lohn  
Von Themis Huld-geneigter Hand davon.

N.F. von Balwitz/  
Eqv. Lusat.






X 2615925


VDA











15 3.

166/31/a

16  
16

Ex Jure Publico  
 De  
**CONTRIBUTIONIBUS**  
*Indultu Magnifici Jctorum Senatûs in Includ*  
*Wittebergensium Academiâ*  
 SUB PRÆSIDIO  
 VIRI  
 NOBILISSIMI  
**Gottfriedt Straußens / Jur. Utr. Licenti**  
*Fautoris sui multis nominibus perpetim colendi,*  
*disputabit publicè*  
 Autor & Respondens  
**Gottfriedt Wagner / Jud.**  
*Praturæ Electoral. Witteberg. Actuarius*  
*In Aroaterio Jctorum*  
*ad d. Februarii*  
 Anno æræ Christianæ c 10. 100. LXVIII  
 E Chalcographéo **JOHANNIS HAKEN.**

